Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



isti materia eius et vindemiat eam omnes qui pertransiunt viam. Exterminavit eam aper de silua et singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum conuertere respice de celo et uide et uisita vineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua et super filium hominis quem firmasti tibi. Incensa igni et suffossa ab inimicis perent a vultu tui peribunt. Fiat manus tua super virum dextere tue et super filium hominis quem firmasti tibi. Et non discedimus a te uiuificabis nos et nomen tuum inuocabimus. Domine deus virtutum conuertere nos et ostende faciem tuam et salui erimus. Alia An. Propitius esto peccatis meis domine. Ps. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi et anima mea quam redemisti. Benedictus. Ab omni malo eripiat nos omnipotens et misericors dominus. Ad. am. A telis inimici munimur virtutis xpi. Ad. am. Ab insidiis diaboli liberat nos gratia xpi. Ad laudes antiphona. Miserere fac mihi a peccatis meis domine. Ps. Miserere. Domine refugium factus es nobis. Pm. Domine refugium. In mandatis domine meditabor in te. Ps. Deus deus. Iniquitatem dominus regnauit et iust. Can. Cantemus domino. In sanctis eius laudate deum. Ps. Laudate d. de cel. Ymnus. Lux ecce surgit aurea. Septeni sunt mane uiri. Sed. Vn. An. In sanctitate seruiamus domino et liberabit nos de manibus inimicorum nostrorum.

Feria sexta in mutatorium. Venite exultemus domino qui fecit nos. Venite adoremus. Ps. Venite exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Sumite psalmum et date tympanum psalterium iocundum cum cithara. Buccinate in neomenia tuba in insigni die sollemnitatis vestre. Quia preceptum israel est et iudicium deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret